Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31237
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">>

E.g. Anno 1765 erit Epacta VII: anno 1766 Aureus numerus 19; ergo Epacta 11 diebus major quam anno superiore, scilicet XVIII. Anno 1767 erit Aureus numerus 1; ergo Epacta 12 diebus major, hoc est, XXX, & his abjectis, nulla 0 vel *. Nam Epactæ ita numerantur; ut, quoties numerus excedit XXIX, toties XXX rejicias, reliquum, etsi zerus sit, pro Epacta currente retineas. Porro annus 1500 ponitur fuisse proempticus, ergo & 1800 talis erit. Annus 1600 fuit intercalaris, ergo etiam 2000 erit. Anno Correctionis fuit Epacta XXVI. Hinc, observatis prædictis, numera usque ad annum datum, cujus Epactam inquiris.

Pascha invenies in hac Tabella

Martius.						Aprilis.					
1.	D	*	17.	F	XIV	1.	G	XXIX	16.	A	XIII
2.	E	XXIX	18.	G	XIII	2.	A	XXVIII	17.	B	XII
3.	F	XXVIII	19.	A	XII	3.	B	XXVII	18.	C	XI
4.	G	XXVII	20.	B	XI	4.	C	XXVI 25	19.	D	X
5.	A	XXVI	21.	C	X	5.	D	XXV XXIV	20.	E	IX
6.	B	XXV 25	22.	D	IX	6.	E	XXIII	21.	F	VIII
7.	C	XXIV	23.	E	VIII	7.	F	XXII	22.	G	VII
8.	D	XXIII	24.	F	VII	8.	G	XXI	23.	A	VI
9.	E	XXII	25.	G	VI	9.	A	XX	24.	B	V
10.	F	XXI	26.	A	V	10.	B	XIX	25.	C	IV
11.	G	XX	27.	B	IV	11.	C	XVIII	26.	D	III
12.	A	XIX	28.	C	III	12.	D	XVII	27.	E	II
13.	B	XVIII	29.	D	II	13.	E	XVI	28.	F	I
14.	C	XVII	30.	E	I	14.	F	XV	29.	G	*
15.	D	XVI	31.	F	*	15.	G	XIV	30.	A	XXIX
16.	E	XV									

hoc modo. Epactam dato anno currentem quære, a die 7a Martii exclusive descendendo: ubi eam inveneris, ibi illo anno occurrit Novilunium. Inde (a die Novilunii inclusive) descendendo numera 14 dies: 14a occurrit Plenilunium seu Luna 14a. Ab ista die exclusive, descende usque ad Literam dominicalem currentem: illa die occurrit Pascha. E.g. An. 1763 Epactam invenis 16 Mart., Plenilunium 29 Mart., Lit. dom. & cum Pascha 3 Aprilis. No-